


AN 231.

Yb
1836



BK. 231.
23

IV, 153

LABORES ANNOS
IN
GYMNASIO ILLVSTRI
DENVO
SOLLEMNI RITV AVSPICANDOS
INDICIT
M. IOANNES GOTTFRIED GEISSLERVS
RECT.

ACCREDIT

Particulae primae recensionis numorum Thesauri Fridericiani, in quibus Concordia laudatur, pars tertia, cum numis maximi moduli hic pertinentibus.



GOTHAE LITTERIS REYHERIANIS.



Finitis seriis Cerealibus redeundum est ad labores annuos,
quos auspicari declamationibus ab alumnis Classis Sele-
ctae habendis, more institutoque maiorum iubemur. De-
clamabunt ergo hora octaua craftini, de tribus verae eruditio-
nis partibus primariis, linguis historia, philosophia, omnes uerna-
cule: **IOANNES CHRISTOPHORVS MALSCH** *Megabehrin-
gensis*, **FRIDERICVS GOTTLIEB BIRCKEL** *Gothanus*, **IO-
ANNES CHRISTIANVS LUDOVICVS THILO** *Altenbergen-
sis*, doctrina probabili et uita modestia commendabiles. Quo-
rum conatus et studia ut praesentia, animi attentione, iudicio
ornare, excitare, exhilarare ne dubitent, **MAECENATES
OPTIMATES EPHORI PATRONI FAVTORES**
sua quisque dignitate et ordine, omni obsequii et obseruantiae
cultu maxime deuenerandi, ea, qua par est, animi contentione
submississime etiam atque etiam oro.

P. P. A. D. xvii. SEPT. A. C. ccccclxxviii.

RE-

RECENSIO

NUMORVM THESAVRI FRIDERICIANI IN QVIBVS CONCORDIA LVDATVR.

Particulae primae, quae fissit aureos, pars tertia.

D31. N. ARCADIVS. P. F. AVG. Diadematē cinctū Arcadii caput, ad pectus usque cum paludamento.
CONCORDIA. AVGGGG. Figura galeata sedens, dextra hastam, sinistra clypeum in quo VOT. X. MVLT. XV. In imo: COMO. Adde XVII alios ex *Bandurio*. To. II. p. 527. seqq. nempe: I. ex *Medicob.* p. 523. Eadem epigraphe. **CONCORDIA.** AVGG. Figura sedens dextra hastam, sinistra globum in ima parte CONOB. II. ex *Mediob.* ibid. Eadem epigraphe. Eadem inscriptio. Figura galeata sedens, dextra rhabdum, sinistra globum, cui insistit victoriola dextra lauream tenens, in ima parte CONOB. III. Eadem epigraphe. Arcadius cum stemmate cristato, ad pectus cum lorica a fronte, dextra tenet spiculum, sinistra clypeum, cui insculptus eques. Eadem inscriptio. Figura muliebris, cum galea cristata sedens, pede dextro prorae nauis imposito, hastae adnittitur dextra, globum vero cum victoriola gestat sinistra, in ima parte CONOB. Farnesianum ait esse *Bandurius*, ego vero in *Pedrusio*. Tab. XXIII. n. 9. proram nauis desidero. **III.** Eadem epigraphe, idem caput. Eadem inscriptio. accedit B. In typo et imo eadem. **V.** Omnia eadem, nisi quod pro B. est 5. **VI.** Eadem epigraphe, idem caput. Eadem inscriptio sed pro 5. est Z. Figura muliebris galeata, sedili duobus leonum capitibus ornato insidens, pede dextro prorae nauis imposito, dextra hastam, sinistra victoriolam, in imo CONOB. **VII.** Omnia eadem, nisi quod pro Z est O. **VIII.** Typus in auersa: Figura muliebris sedens, pede dextro prorae imposito, dextra hastam, sinistra victoriolam globo insistentem tenet. Reliqua omnia eadem. **VIII.** Eadem epigraphe. Caput Arcadii cum diadematē ex lapillis, ad pectus cum paludamento. Eadem inscriptio. accedit 5. Typus, qui in sexto, nisi quod sinistra globum tenet, et pro pedibus rostrum nauis, in imo: CONOB

C

X

X. Eadem epigraphie, idem caput. CONCORDIA. AVGGG. H. reliqua omnia eadem. XI. Idem numus, praeter H, pro quo Θ. XII. Idem numus, praeter Θ pro quo I. XIII. Aduersa eadem. CONCORDIA. AVGGG. Figura muliebris sedens, dextra hastam, sinistra clypeum, in quo VOT. V. MVLT. XΔ. in imo CONOB. XIII. Aduersa eadem. Anversa etiam, nisi quod accedit H. et in clypeo sit: VOT. V. MVL. X. hic rarius Bandurio. XV. Eadem epigraphie. CONCORDIA. AVGGGG. Δ. Figura galeata sedens, dextra rhabdum, sinistra globum, in imo eadem. ex Mediob. p. 521. XVI. Eadem epigraphie, caput ut in nono. Eadem inscriptio, accedit E. reliqua ut in nono. XVII. Idem numus, praeter E. pro quo Z. ex Cangio et Mediob. p. 521. *Museum Vindobonense* T. I. p. 28. addit sequentem: Caput Arcadii diadematum. CONCORDIA. AVG. A. Mulier galeata sedens, dextra hastam, pede naui imposito, sinistra scutum arbori innixum, in quo VOT. V. MVLT. X. rarissimus. Et *Theupolis*. p. 358 D. N. ARCADIVS. P. F. AVG. Caput cum corona ex margaritis. CONCORDIA. AVGGGG. N. Roma galeata sedens, dextra hastam, sinistra globum, pede dextro super proram navis. in imo: CONOB.

HONORIVS.

Accedit Honorius octies ex Bandurio To. II. p. 540. nempe I. D. N. HONORIVS. P. F. AVG. Honorius cum corona gemmata et galea, a fronte, ad pectus cum lorica, dextra gestat spiculum ad humerum dextrum, sinistra clypeum, in quo eques. CONCORDIA. AVGG. Figura muliebris galeata sedens, dextra tenet hastam, sinistra globum, cum uictoriola. In imo: CONOB. II. Aduersa eadem. Eadem inscriptio, addito A. Typus idem, nisi pede dextro prorae imposito. In imo eadem. III. Idem numus, at pro A. est I. IIII. Eadem epigraphie. Eadem inscriptio, cum II. Figura sedens, dextra rhabdum, sinistra uictoriola, in imo eadem. ex Mediob. p. 525. V. Eadem epigraphie. Idem caput. CONCORDIA. AVGGG. Typus ut in secundo. In imo: COMOB. VI. Idem numus, sed legitur: CONOB. VII. Aduersa eadem. In auersa accedit Z. et abest prora nauis, a dextris in area stella. Reliqua eadem. VIII. Omnia eadem praeter Z. pro quo Θ. Mediob. addit sequentem: Eadem epigraphie. CONCORDIA. AVGG. ANT. Roma sedens sinistra hastam, dextra tenet globum cum uictoriola a qua coronatur.

THEO-

THEODOSIVS IVNTOR.

Denique *Theodosius Iunior ex Bandurio*. To. II. p. 557. seq. quinques nempe: I. D. N. THEODOSIVS. P. F. AVG. Theodosius cum stemmate cristato, a fronte, dextra geslat spiculum, ad humerum dextrum, sinistra clypeum, in quo eques. CONCORDIA. AVGG. B. Figura stolata et galeata sedens, pede dextro prorae nauis imposito, dextra tenet spiculum, sinistra globum cum victoria, a dextris in area stella. In imo: CONOB. II. Idem numus, praeter B pro quo I. III. Eadem epigraphe: Caput corona gemmata cinctum, ad pectus cum paludamento finistrorum. CONCORDIA. AVGGG. Figura muliebris ut supra, dextra hastam, sinistra clypeum, in quo VOT. V. MVL. X. in imo: CONOB. IIII. Aduersa eadem, in auersa accedit B. Typus idem, praeter MVL. XV. pro X. in imo: COMOB. V. Idem numus, at pro MVL. legitur MVLT. in imo CONOB. *Mediob.* p. 533. addit sequentem: Eadem epigraphe. CONCORDIA. AVGGG. I. CON. OB. Typus ut in primo, sed absque stella in area.

Hacenus aurei, nunc interponemus maximi moduli numos quos MEDAGLIONI appellare inualuit, quotquot congerere contigit. In Thesauro enim Fridericiano, qui Concordiam laudet, nullus est.

CRISPINA.

Agmen ducet *Crispina* Commodi uxor, quam *Valens* affert in medium. ed. Rom. To. III. p. 158.

CRISPINA. AVG. IMP. COMMODVS. AVG. GERM. SARM. Capita aduersa, Crispinae a dextris, cum stola ad pectus, et Commodi laureatum a finistris, ad pectus cum chlamyde.

CONCORDIA. Mulier stolata sedens dextra pateram, cubito sinistro innititur capiti pueri aera insistentis, cum cornucopiae ad pedes. In Museo Carpineo nunc Vaticano. In *Museo Ludonici XIII.* Tab. XII. alium intueri licet cuius aduersa praecedenti par, in auersa inscriptio quidem deleta est, typus autem habet tres figurae, ad dextram uirilem, ad sinistram muliebrem, dextras iungentes, media uirilis uelata ambas amplectitur, quem ad concordiam demonstrandam ualere nemo ambiget.

Succedit *Geta e Museo Florentino* Tab. LV. n. 3.

SEPTIMIVS. GETA. CAESAR. Caput Getae nudum, cum chlamyde ad pectus. Dextra exserta altius tenet hastile in humero dextro incumbens.

C 2

CON-

G E T A.

CONCORDIA. In imo: MILITV. Iuuenis loricatus capide nudo stat inter quinque signa militaria, quorum tria ad dextram, duo ad sinistram, humo infixa stant, sinistra tenet scipionem, in cuius apice aquila, dextra attollit uersus signum militare proximum dextrae, cui insisit uictoriola, lauream uersus ipsum extendens. *Valens* et in *Selebris Numism.* e *Museo Illustriss. de Camps* p. 73. et in *Numism. Imperat. Roman.* praefstant. ed. tertiae. Parisiis. 1694. euulgatae, p. 223. et in ed. *Roman.* To. III. p. 167. ubi nec iconismus descriptioni additae responderet, eundem quidem numum adfert, sed mire in epigraphis et typis dissimilem, ita tamen, ut semper eundem esse appareat.

PHILIPPI cum OTACILIA.

Et Otacilia Philippi senioris uxor, iunioris mater. ex *Museo Albano.* T. II. Tab. 73. n. 2. p. 27.

CONCORDIA. AVGVSTORVM. Capita iugata Philippi et Otaciliae, ex aduerso Philippi iunioris caput nudum.

PONTIFEX MAX. TR.P. IIII. In imo: COS. II.P. P. Philippi in quadrigis aduersis, uictoria retro patrem coronante, ad latus utrumque equorum Mars et Roma cum palmis et hasta. Eundem habet *Museum Pisanum olim Corrarium.* Tab. LVII. At non Martem et Romanum sed diserte duos milites. *Valens* ed. tertiae Parisiis. 1694. p. 231. *Pedrusus in Medagliioni.* Tab. XXII. 2. qui uero TR. P. V. legit.

Ex eodem, ibidem, n. 3. p. 28.

Eadem epigraphe, eadem capita, nisi quod caput Philippi iunioris laureatum est.

GERM. MAX. CARPICI. MAX. In imo: III. ET. II. COS. Mars et Victoria manum porrigunt duobus Augustis in quadrigas ascensuris, equi stant uersus dextram, Victoria manum porrigens stat in curru, ad currus rotas barbari duo, manibus retro uiinctis, pone Augustos miles cum galea et clypeo. *Venuto* ancedotos dicitur, mihi etiam nonnisi in *Venuto* obuius.

Ex eodem. Tab. 74. n. 2. p. 29.

Eadem epigraphe, eadem capita, ut in praecedenti.

EX. ORACVL. APOLLINIS. Sacellum tetrastyylon rotundiforme, ad
quod

quod per explicitos gradus ascensus: in penetralibus tres Deorum figurae, quarum media fedet, aliae flare uidentur. In apice aediculae aquila demissis alis insitit. Eundem habet *Mus. Vindobon.* Parte II. Tab. 79. p. 19. *Valens ed. III.* Paris. 1694. p. 232.

Ex *eodem* Tab. 77. n. 2. p. 36.

Eadem epigraphe, eadem capita, ut in praecedenti.

P. M. TR. P. III COS. P. P. Imperatores habitu civili sacrificant ante portam aedis magnificaæ, octo fastigiorum, sub quorum singulis, signa singula. Eundem habet *Mus. Pisanum.* Tab. 57.

Ex *Museo Ludonici* XIV. Tab. 21.

Eadem epigraphe, capita aduersa, laureatum Philippi ad dextram Otaciliae ad sinistram.

LIBERALITAS. AVGG. Duæ figuræ uiriles togatae et laureatae sedent in sellis curulibus, tribunali impositis. Vtraque, dextra tenet pateram, sinistri finistra scipionem, dexterius nihil. Ante sedentes figura muliebris sinistra sustinens tessera. Pone utramque figuram sedentem stant figuræ duæ uiriles. Eundem sifit *Valens ed. III.* Paris. 1694. p. 231. Affinem, at ualde exesum laudat *Pedrusius in Medaglioni.* Tab. XXII. n. 5. Eadem epigraphe. Capita iugata muliebre et iuvenile nudum, ad pectus stolata, aduersa capiti virili nudo. In auersa inscriptio deleta. Area tripliciter diuisa. In tertia et infima parte quinque figuræ uiriles, duæ iuueniles stantes, media uirilium sustinet tessera. In media parte nouem figuræ sedentes. In summa parte quinque portae.

Ex *eodem* ibidem.

Eadem epigraphe. Capita ut supra in *Albano.* To. II. Tab. 73. n. 3.

VICTORIAE. AVGVSTORVM. Duæ uictoriae stantes tenent clypeum, in quo VOTIS. Eundem habent *Pedrus. Medagl.* Tab. XXII. n. 4. *Mus. Flor.* Tab. 67. n. 2. *Mus. Pisan.* Tab. 57. habet VOTIS. X. *Valens. ed. III.* Paris. 1694. p. 231. *Idem ex Mus. Ill. de Camps.* p. 95. eundem contorniatum laudat, et affinem in ed. III. Paris. 1694. p. 232. Eadem epigraphe, eadem capita. **VICTORIA. AVGVSTORVM.** Ambo Philippi stant paludati, utraque dextra globum, cui imposta est uictoria, sustinent: pone patrem prætorianus sinistra hastam, alter pone filium hastam dextra præfert.

Ex Museo Florentino. Tab. LXXVI. n. 1.

Eadem epigraphe, eadem capita.

SAECVLVM NOVVM. Templum hexastylon, in fastigio tres figurae, ad latera singulae. Ante templum ara et tibicen cum duabus tibiis. Duæ figuræ stantes ad aram, sacrificant. Quæ a dextris, iunior, sinistra tenet uolumen, capite nudo. Pone hanc duæ figuræ uiriles stant, quarum altera dextra tenet baculum, in sinistro humero recumbentem. Quæ a sinistris feminæ similis, capite uelato, sinistra etiam uolumen tenet. Pone hanc duæ figuræ uiriles, quarum altera uel fasces, uel palmam, in humero sinistro gerit. *Mus. Corrar.* Tab. 58. similem habet, at in auersa templum octostylium, (uti et *Valens.* ed. III. Paris 1694. p. 232.) in fastigio figuræ duas, ad aram duas figuræ uiriles, cæcera paria. *Pedrusius Medaglioni.* Tab. XXII. n. 3. aduersam eandem fistit, in auersa legit: **SAECVLARES.** Aedificium semicirculare, in cuius fronte recta binae turres, et aliquot aediculæ, in medio harum palma arbor ingens,

Ex Valente Num. Imp. Rom. praef. ed. III. Paris. 1694. p. 231.

Eadem epigraphe. Capita, Philippi patris laureatum filii nudum, aduersa.

ADLOCVTIO. AVGVSTORVM. Philippi stantes in subsellio, cum praefecto prætorii, alloquuntur cohortes.

TREBONIANVS.

Et Trebonianus, ex Valente ed. III. Paris. 1694 p. 237.

CONCORDIA AVGVSTORVM. Capita Treboniani et Volusiani aduersa.

VOTA PVBLICA. Duo Imperatores sacra faciunt ad aram, coram templo sex columnarum, in quo sedet Iupiter, miles quemque Augustum comitatur, adstat tibicen duas inflans tibias, iuxta aram taurus.

TRAIANVS DECIVS.

Et Traianus Decius ex Mus. Vindobon. P. II. Tab. 83. p. 20.

Eadem epigraphe. Capita, Traiani radiatum, et Hetruscillæ aduersa.

PIETAS. AVGVSTORVM. Capita nuda Hostiliani et Herennii aduersa.

Idem numus est apud *Valentem.* ed. Rom. To. III. p. 193.

Ex eodem, ibidem, eadem

CONCORDIA. AVG. Capita aduersa, Decii laureatum et Hetruscillæ.

DACIA.

DACIA. Figura muliebris stans, dextra hastam. In iconismo quidem est AVGG. sed forte in iconisnorum errores referendum, de quibus in praefatione. In *Valente* ed. Rom. Tom. III. p. 193. legitur. AVGVSTI.

VALERIANVS.

Et Valerianus ex Bandurio. To. I. p. 113.

CONCORDIA AVGVSTORVM. Capita Valeriani et Gallieni aduersa. ADVENTVS. AVGVSTORVM. Duo Imperatores paludati equites, praec-untibus Victoria et milite. Adsumt quatuor signa militaria. *Bandurini* laudat *Valentem*. ed. Paris. 1694. p. 238. ed. Rom. Tom. III. p. 200 ubi additur: "ex duobus metallis, in Museo Odescalco olim reginae Sueciae." *Mus. Pisanum* Tab. 68. habet similem. Epigraphe eadem. Duo capita aduersa, ad dextram iuvenile nudum, ad pectus paludatum, ad sinistram virile laureatum, ad pectus loricatum. In auersa: Inscriptio eadem. Victoria dextra tenens lauream, sinistra rammum, praecedit duos equites, qui dextras extendunt, sinistior sinistra scipionem tenet, ad latus uexillum et aquila. Pone equites duo milites, dexterius signum militare, sinistior hastam et clypeum tenet. Ad tergum Victoriae affixum est caput et corpus nudum humanum, cuius tantum pars dimidia conspicitur.

Ex Museo Pisano. Tab. 65.

IMP. C. P. LIC. VALERIANVS. P. F. AVG. Caput laureatum.

CONCORDIA. AVGVSTORVM. Capita, laureatum virile et muliebre, aduersa, ad pectus utrumque paludatum. *Valens*. ed. Rom. To. III. p. 200. eundem habet, sed in aduersa habet CAES. et omittit P. F. in auersa Valeriani et Gallieni capita confaci ait. Recte uero editor Romanus, non Gallieni et Valeriani iunioris, sed Gallieni et Saloninae capita in Museo Corrario nunc Pisano uidenda esse monet, cum *Valens* ipse Corrarium Nob. Venet laudasset.

CONCORDIA. AVGVSTORVM. Capita aduersa Gallieni et Valeriani iunioris.

VICTORIA. AVGVSTORVM. Gallienus et Valerianus paludati stant, dextris globum sustinent, cui imposta est uictoria; hinc et inde praetorianus cum signo militari.

Ex Mus. Ludouici XIII. Tab. 22.

Ead.



Eadem Epigraphe. Capita duo uirilia aduersa, ad dextram iuuenile nudum, ad sinistram uirile laureatum.

ADLOCVTIO. AVGVSTORVM. Tres figurae laureatae et paludatae stant in tribunali, ante quod tres signiferi. Eudem habet *Valens* ed. Rom. To. III. p. 201. et addit: „In mus. Auslr. Vindobon. olim PP. CC.“

GALLIENVS.

Et *Gallienus* ex *Museo Ludou.* X^{III}. Tab. 24.

CONCORDIA. AVGG. Capita aduersa, uirile laureatum et paludatum, muliebre paludatum.

ÆQVITAS. PVBLICA. Tres monetae, quarum singulae libram et cornu copiae tenent, et tres acerui numorum. Eudem habet *Museum Pisanum* Tab. 68. *Valens* ed. Paris. 1694. p. 239. *Bandurius*. To. I. p. 187. qui rariorem esse ait, *Pedrusius. Medaglioni*, Tab. XXIII. 3.

Ex *Valente* ed. III. Paris. 1694. p. 240.

CONCORDIA. AVGVSTORVM. Capita aduersa Gallieni et Saloninae.

LIBERALITAS. AVG. Gallienus et Salonica sedent in substructione, pro congiario distribuendo. Pone Gallienum stat Praefectus praetorio, pone Salonicam mulier stolata.


DIOCLETIANVS.

Et *Diocletianus* ex *Bandurio*. To. II. p. 13.

IMP. C. VAL. DIOCLETIANVS. P. F. AVG. Diocletianus medio corpore tenuis, dextra scipionem eburneum, in cuius apice aquila.

CONCORDIA. CAES. AVGG. NN. Duo Imperatores paludati stant, dextris globum sustinent, figura uelata intermedia cum ara: ambo coronantur a uictoriis pone unumquemque stantibus ex *Valente* ed. III. Paris. 1694. p. 247.

Argenteos et aereos alio tempore dabimus.



UL 1836
(13)

ULB Halle
006 247 148

3



W078

M.C.





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Farbkarte #13

Centimetres

Cyan

Blue

Yellow

Green

19
18
17
16
15
14
13
12
11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1

inches
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19

AK. 231. 23

IV, 153

LABORES ANNOS
IN
GYMNASIO ILLVSTRI

DENVO

SOLLEMNI RITV AVSPICANDOS

INDICIT

M. IOANNES GOTTERIED GEISSLERVS

RECT.

ACCREDIT

Particulae primae recensionis numorum Thesauri Fridericiani, in
quibus Concordia laudatur, pars tertia, cum numis maximi
moduli hic pertinentibus.



GOTHAE LITTERIS REYHERIANIS.

